143

FROM THE LIBRARY
OF GEORGE DUNN
OF WOOLLEY HALL
NEAR MAIDENHEAD

-μrn-

4.D.

May 1903.





See No. 7.

7 **LEONARD LAUREDAN.—DOGE OF VENICE.**—Nos Leonardus Lauredanus Dei Gratia Dux Venetiarum, etc., committimus tibi Nobili Viro M. Antonio Contareno dilecto civi et fideli nostro que in nomine Jesu Christi vadas et in bona gratia sis Capitaneus atque Rector Galearum pontium iturarum ad viagium Flandrie, Quas cum omnibus mercationibus et bonis in cis existentibus, etc.: A PRETTY ITALIAN MANUSCRIPT, written in a clear, well formed, and very regular cursive hand, upon 58 leaves (115 pages) of FINE VELLUM, the first of which is RICHLY PAINTED AND ILLUMINATED with graceful ornaments, gold on a deep blue ground, or gold on a deep red ground, the bottom margin being filled with a BEAUTIFUL MINIATURE OF THE HOLY FAMILY; also many plain capital letters, painted red and blue alternately throughout the text: *full bound in contemporary Venetian calf, the sides richly tooled, gold edges (neatly rebacked)*, £35, *Venice*, 1498

royal 8vo


A very fine example of Italian Art—both pictorial and calligraphic—and in a most satisfactory state of preservation. A Coat of Arms, surmounted with a pretty boy's head and shoulders, forms part of the ornament of one of the margins.

440.f
4401

NOS LEONARDVS LAVREDANVS DEI GRATIA DVX VENETIARVM·ET·C·

Committimus tibi Nobili Viro M·ANTONIO CŌTAREŌ dilecto
ciui et fideli nr̄o q̄ in nomine Jesu Christi uadas & in
bona gratia sis Capitaneus atq3 Rector galearum p̄ntium
sturarum ad uiagium flandrie Quas cum omnibus mer
cationibus & bonis in eis existentibus, eundo, stando &
redeundo regere conducere et gubernare debeas, sicut
pro honore nostro et conseruatione gentis nostre et galearum
nostrarum et bonorum ipsarum uideris conuenire: &
sicut de prudentia tua confidimus, et speramus et propterea
uolumus q̄ in omnibus negocijs habeas Ita plenam libertatē
et arbitrium sicut habent Capitanei nostri Communis.

Rationem et Justitiam facies inter gentes tibi commissas
secundum tuam discretionem bona fide & sine fraude.
Verum ad tollendam audaciam et materiam delinquēdi
hominibus galearum tibi commissarum, Committimus
tibi q̄ quotienscunq3 casus aduenerit aliquis de gentibus
tibi commissis in aliquibus terris uel locis nostre Jurisdici
onis uel iurisdicioni nr̄e suppositis In quibus presiderint
Rectores nr̄i aliquos excessus committere teneraris: &
debeas dare omnem operam efficacem ad faciendum eos



capi, et detineri Illos q3 si in fortiam tuam habere poteris, anteaq; de iurisdicione et districtu ubi dicti excessus commissi fuerint recedas, Rectoribus nris locorum predictorum facere asignari omni causa remota: ut dicti Rectores procedere ualeant contra eos, prout culpae et demerita eorum exposcent. verum si dicti Deliquentes tunc haberi, et recuperari non possent, et ad tuas manus peruenerint quoquomodo te existente extra Iurisdicione tuam, et terre & loci, ubi excessus huiusmodi fuerint perpetrati, Debeas in hoc casu de dictis delinquentibus facere Justitiam, quam facere debuisset Rector loci, ubi commisissent excessus.

HAbere quidem debes, pro tuo salario, pro toto isto viagio ducatos Sexcentos auri: sicut continetur in Incantu galearum: habendo et tenendo tuis salario & expns tres famulos vnum presbyterum notarium, & vnum Admiratum: Cui Admirato dare debeas solum expnas oris, et ultra predictas ducere debeas duos Tubetas, duos Zaramellos, & duos medicos pro bono & securitate ipsarum galearum.

SAlaria autem tam tua, q Admirati Sonator Medicorum, et aliorum consuetorum, soluentur per Patronos secundum usum: verum uolumus q; quelibet galea pro anno priti conducere & habere debeat xxx. bonos Ballistrarios ad expensas galearum dictarum, qui sint ab annis xx. supra. & Quinquaginta Infra, et accipi debeant per te pagatores armamenti, & tres de. xL.ta

et non possint Patroni uel alij pro eis esse presentes
quando accipientur Ballistrarij predicti Debentibus habere
dictis Ballistrarijs de Salario in menses libr xviiij soldor
quatuor paruorum & uandam galearum secundum
usum, sicut habent homines de Remo, verum non possit
dicti Ballistrarij, eundo, et redeundo relinquere galeas uel
cambire de galea in galeam nec etiam patroni possint
cambire hominem pro homine, Sub pœna libr Centum
pro quolibet eorum contrafaciente: que pœna exigatur
per Catauere, habendo partem ut de alijs sui officij, Saluo
si ballistrarij remanerent pro infirmitatis casu que cogno
scatur per te: Et si accusator fuerit, habeat tertium offles
Tertium, & commune, tertium uel reliquum et non
possit fieri de dicta pœna, gratia, sub pœna libr centum.
Intelligendo q aliquis Ballistrarius non possit esse
famulus, Caniparius, Sescalcus, nec habere aliud officium
q ballistarius sub pœna & stricturis predictis Intel
ligendo etiam quod in numero dictorum Ballistarior
esse debeant quatuor Juuenes nobiles pro qualibet galea,
& non ultra: Quibus nobilibus patroni galearum tene
antur facere expensas et dare eis Salarium Integrum,
tam eundo, q redeundo, Juxta formam partis captæ
super hoc. Insuper apud predictos Salariatos, Debeant
Patroni conducere secum unum sufficientem hominem
pro consilio pro qualibet galea qui habeat de Salario
Ducatos Decem in monetis pro qualibet mense, Soluendo
per Patronos galear, et habendo tabulam Patronis, Qui,

homo sit loco unius hominis Balliſtarij: accipiendo pro qualibet galea: et accipi debeant per illos qui soliti sint accipere balliſtarios: Qui sub debito sacramenti teneantur: & debeant accipere tales homines de consilio bonos, & ſufficientes, q galee bene ueniant aſſociate: Ballistarij uo predicti, tam nobiles q populares teneantur, et debeant portare: et habere balliſtas: & sua arma necessaria, Secundu uſum, & consuetudinem.

INſuper teneantur, & debeant quilibet Patroni dictarum galearum habere et ducere secum octo Nau duos ſcribanos unum Marangonum, unum Calafatum, unu Remarium et alios homines de pede secundum usum & pœnis ſolitis.

INſuper tenearis ſtatim die quo applicueris ad clausas ubi facies portum accipere unum curſorem, et facere dici omnib mercatoribus q si uolunt ſcribere Scribant venetijs: Quo facto alia die ſequenti ad minus predictum curſorem cum litteris tuis & mercatorum mittere debeas Significando nobis quando illuc applicueris cum galeis predictis: et ut infallibiliter habeamus noua tui, et galearum predictarum De beas poſt receſſum dicti primi curſoris accipere infra dies xv. unum alium curſorem quem ſtudeas mittere venetias cum litteris tuis & mercatorum, Denarij uo qui expendentur dicta de cauſa ſolui debeant per Patronos Galearum Quia eſt ordinatum q nullo modo fiant naree.

SCias inſuper ordinatum ee pro bono mercatorum, & mercationum q non fiat ſuper de ſtiua q in preſentibus

galeis redeundo venetias, non possint esse miliaria ultra c.xx. subtilia pro galea: & si haberent plus, cadant Patroni de duplo quod fuerit contrafactum.

PReterea teneantur Patroni dictarum galearum a quibuscunque mercatoribus tam in partibus flandrie quam in partibus Londrie usque miliaria Lxxx. Inter ramum et stamnum pro qualibet galea, et non ultra: soluentibus meratoribus qui ea rigauerit de dicto stamno et ramine ducator quatuor pro miliari ad grossum.

ITem cum mercatores receperint aliquando maximum Damnum in lanis conductis cum galeis Flandrie ob superflua stipam et etiam propter defectum cooperte: propter quod Lane deuastate, & combuste fuerunt in magna parte & optimum sit prouidere pro obuiando dictam superfluam stipam. Committimus tibi quando fiet stipa saccorum lane, non possint poni nec stiuari in galeis plures sacci quam tot, et tot & sunt dicti sacchi ponderis clodorum. Alij usque L.V. & non plus ullo modo. Et ut hoc inuiolabiliter obseruetur antequam incipiatur stiua fieri debeas tu capitaneus & uice capitaneus in Londra dare sacramentum patronus galearum, & Comitis Patronis posticis, et omnibus alijs deputatis ad dictam stiuam faciendam qui tibi uidebuntur quod non permittant nec faciant stiuare nisi per modum superius declaratum: videlicet tot et tot & facere debeas legi presentem partem predictis omnibus pro sua informatione. Verum si contrafactum fuerit predictis, cadat supracomitus & Patronus galee, si predicta obseruata non fuerint de ducatis octo auri: Comitus & Patronus posticius

de ducatis quatuor pro quolibet in suis proprijs bonis pro quolibet saccho inuento in dicta stiua ultra dictum numerum ordinatum de tot. et tot: quam stiuam exigat officiales de Cathauere & leuantis, habendo partem ut de alijs sui officij: & si accusator fuerit per quem habeatur ueritas: is habeat tertium: Officiales quibus primo facta fuerit conscientia tertium: et commune reliquum. De qua poena non possit fieri gratia, nisi per sex Consiliarios tria capita de xl^ta. & xl^ta. de xl^ta. Et Sex partes maioris Consilij: Et ut coperte galearum bene aptentur ne dicte lane & mercationes possint pati aliquod dannum dicto defectu, Teneare & debeas facere discaricare galeas a puppi usque ad proram: et stiuando uel post stiuam factam quando uidebitur tibi facere calcari & aptari optime coopertas galearum ad expensas patronum, ut est iustum & consuetum: Et ut Patroni Galearum sint magis soliciti ad obseruandum dictam nostram intentionem si non fecerint calcari, aptari coopertas, ut est dictum: Cadat siquis Patronus ypor contrafecerit de libris mille in suis proprijs bonis: De qua poena tertium sit accusatoris si fuerit, Tertium aduocatorum communis: qui teneantur facere inquisitionem in reditu galearum: Siquis Patronus predictorum non obseruasset predicta in faciendo aptare coopertam suam: et Reliquum communis sit: Quibus patronis contrafacientibus non possit fieri gratia nisi cum modis & Consilijs predictis.

PReterea est ordinatum quod de omnibus mercationibus que ponderabuntur venetijs in galeis flandrie pro eundo ad

uiagium solui debeat nabulum ad pondus subtile: quod obseruatur per extraordinari

ITem captum est q mercatores mittere uolentes mercimonia cum dictis galeis ad dictum uiagium soluere debeant omnia nabula dictarum mercationum venetijs: & si non soluerint hic soluant in Flandria ad rationum soldorum grossorum Lta pro quolibet Ducato.

Ceterum ordinabis quod nabula presentium galearum exigi debeant per extraordinarios sicut exiguntur alia nabula armatarum nrarum de mercato eundo & redeundo.

INsuper captum est in nris Consilijs q ut sciri possint mercimonia que caricabunt in dictis galeis in qualibet galea esse debeat unus ponderator comunis qui iuste ponderet omnia mercimonia communis caricanda in dictis galeis.

Quilibet uero mercator qui ibit cum dictis galeis teneatur habere ballistrum, crocum, et veretonos ac alia arma necessaria eo modo et sub illa poena quibus tenentur mercatores qui uadunt cum galeis nris: & propter hoc teneantur

¶ Patroni facere deponi et conseruare arma dictorum mercatorum in locis in quibus possint habere ea in casu quo opus foret sub poena libr. v.c parruorum pro quolibet patrono contrafaciente predictis in suis proprijs bonis

ORdinamus q pro bono galearum q lana de anglia & Flandria que recedet de flandria transacto mis Maij non possit conduci venet per terram aut per terras subditas nostro Dominio sub poena .xxv. pro .co. de qua non possit fieri gratia sub poena librar ducentarum pro quolibet

ponente uel consentiente partem in contrarium. verum poſtq̃ galeę receſſerint de flandria, lane quę inde receſſerint duobus mensibus poſt recessum possint adduci sic. mo. / Cęterum ordinamus q̃ dictę galeę eundo ad uiagium possint caricari & discaricari in omni parte quam capient / & similiter redeundo non ſiniſtrando uiagium nec transeundo signa ordinata sub poenis solitis. /

Quia Ciues nr̃i et etiam forenses mittentes mercationes ſuas hinc in flandriam ſuper galeis sepe recipiunt Incommodum / quia nolunt in reditu caricare mercationes suas in galeis que ſunt in illis partibus / alij uolentes prius caricare eorum mercimonia / et uenetijs nihil caricauerint in galeis pro intentione ipsarum ordinatum eſt. et sic Committimus Tibi / q̃ in facto caricandi / debeas incipere ab illis Ciuibus uel forensibus qui venetijs caricauerint & poena ab alijs presentantibus ipsorum mercimonia ad tale tempus q̃ galeę non recipiant impedimentum. /

Ad remouendum autem scandala aut mala uerba quibus homines a remo sepe utuntur / eſt ordinatum per noſtra Conſilia / q̃ Patroni galearum flandrię teneantur & debeant facere cuilibet ſub soldato dare venetijs pagam quarti mensis et in flandria quando tibi Capitaneo uidebitur pagam unius mˢ: Et si pp̃ nauigare quod facies tibi uideretur de faciendo maiorem pagam sit in libertate tua adhuc dandi & faciendi sicut melius tibi uidebitur / & ultra hoc possis dare si opus fuerit ultra pagas predictas pro impreſtito hominibus galearum predictarum / tam

a remo, q a pede a duobus ducatis usque quatuor pro
quolibet ipsa de causa imprestiti, q pro exigendo, &
recuperando homines qui ueniunt ad galeas et non per
dantur & non dimittantur in partibus ipsis. Declarando
q de pagis ipsis quas fieri facies in partibus Flandrie,
sibi facere debeas grossos xxxvj. pro quolibet ducato. Pe
cunia uero que sibi daretur pro imprestito per modum
predictum debeat sibi dari ad computum grossorum
xxx. pro ducato intelligendo q capitaneus debeat in
partibus Sclusar. facere pagas omnibus galearum per
quinq dies ante suum recessum, & similiter debeat
aduisare, & committere uice Capitaneo Londre pro
eodem modo debeat obseruare./

Eundo, & redeundo non potes descendere in terram in
aliqua parte ubi sit Ciuitas uel Castrum nisi dimittas
unum ex armatoribus loco tui: & si pro aliqua ratione
uel necessitate galearum uideretur maiori parti merca
torum q ire debeas aliquo possis recedere a galeis quatum
fuerit opportunum pro dictis galeis ad expensas earum./

Et si propter infirmitatem aliquam uel aliquem alium
casum non possis facere Capitaniariam, tam mercatores,
& armatores eligat unum ex se ipsis cum commissione
presenti quantum ad regimen galearum.

Preterea & Patroni presentes nri uiagij non possint
ponere nec facere seu permittere poni in scandolario
aliquas mercationes nec aliqua arnesia galearum sicut
essent sartie & alia deputata ad galeas nec aliud cuius

cunque condicionis existat: Sed ipsum Scandalarium, deputetur, et deputatum sit solum pro mercatoribus, et rebus, et arnesijs mercatorum, et ballistris ballistariorum, tam eundo, q̄ redeundo: et hoc obseruare teneantur patroni predicti sub poena $\overset{c}{v}$. De qua non possit fieri gratia nisi per sex Consiliarios, tria capita de xl^ta. & xl^ta de xl^ta, et $\overset{c}{v}$. maioris Consilij: Que omnia predicta commissa sint Aduocatoribus communis: qui teneantur inquirere in reditu galearum de contrafacientibus, et poenam exigere: cuius poene Tertium sit Accusatoris, si fuit, Tertium aduocator communis: et Tertium communis: Declarando q̄ dictum scandolarium non possit elargiri nec diminui per alium modum quo habent galee Alexandrie: et Iam teneantur Patroni predicti leuare omnes mercatores cum eorum famulis, et cum stramatio, capsa, a quaternis, valisijs & armis suis, sub poena librarum $\overset{c}{v}$. Cuilibet patrono contrafacienti non accipiendo a mercatoribus predictis aliquam Solutione seu nabulum Dummodo Caricauerint super dictis galeis tantum quod hnt de nabulo duc. xv. uel inde supra. Verum licitum sit Patronis posse ponere subtus scandalarium panaticam solum, et non aliud tam eundo q̄ redeundo sub poenis & stricturis predictis: et teneatur Capitaneus sub debito sacramenti facere publicari presentem capitulum super galeis eundo, et redeundo vt omnes sint prouisi & ut detur materia non contrafaciendi nostris ordinibus, Canipa uero stare debet sicuti Anno elapso.

ITem q̄ Patroni non audeant cogere mercatores nec facere

cogi q non faciant ballas pannorum. s. unum pannum supra alium et ipsas ballas sic factas teneantur recipere, nec possint, nec audeant Patroni facere stiuari dictos pannos cum tabulis uel arginis sub pœnis totius nabuli in quo fuerit contrafactum: que poena deueniat in quorum pannis fuerit contrafactum.

PReterea obseruabis consilium continens q quia Armatores galearum Flandrie non permittant suos homines descendere in terram de aliqua intelligendo ciuitate non possendo preterea concedere, q descendere possint in terram ultra homines L. pro galea de suis soldatis: et qui contrafecerit cadat in poena q tibi uidebitur ordinanda: quam exigere tenearis, saluo in loco in quo galee faciant portum.

OBseruare quidem debes consilium continens q galee armate portare debeant secum scalas sufficientes, secundum usum.

CAeterum scire debes q captum est q judices magni salarij non faciant rationem de debitis uel priuilegijs, neque mutuis uel pignoribus que fient de cetero in galeis communis uel specialium personarum per comitos, Nauderos, & soldatos galee nisi scripta sint per Notarium Capitanei: & si galee non haberent Capitaneum, scribi debeant per Scribam galee in qua fiant predicta de uoluntate sui patroni.

PReterea relinquimus in libertate tua faciendi uiam, quae tibi melior uidebitur cum dictis galeis de extra Sicilia siue de intus Siciliam.

ALiquos ordines solitos poni in commissione Capitanei galearum flandrie habitos ab officio leuantis scribi faciamus

ut eos obserues, & facias obseruari videlicet q̄ dicte galee anteq̄
incipiant aliud caricare venetijs teneantur habere & esse
in qualibet earum .XX.ti miliaria sub talia de sauorna:
Quam sauornam sic ponere fieri teneantur Patroni, Comiti
& Scribani dictarum galearum per sacramentum, & eam
continue tenere et habere eundo et non minuere aliquid
de ea sub poena libr .V.c pro quolibet armatore libr. iij.c
pro quolibet Patrono libr. ij.c & pro quolibet Comito &
quolibet Scribano libr. c. & qui accusauerit habeat tertiū:
Capitaneus uel officiales leuantis tertium, si hęc scient &
examinabunt & excusserint, tertium: & de hoc possint
se intromittere dicti officiales si non forent habitum uel
inuentum aut factum per Capitaneum ac inquirere, pro
cedere, examinare, exigere et alia necessaria facere super
hoc sicut eis uidebitur, et si Accusator non foret poena
diuidatur per medium./.

Item quia Patroni galearum flandrię solent se conuenire
et componere cum aliquibus mercatoribus & eos suie eorum
mercantias absoluere ab omnibus uareis ad quos tenentur
omnes mercantię dictarum galearum in graue damnum
aliarum mercationum et mercatorum qui non sunt absoluti.
Et Justum sit prouidere ordinetur vt omnes tractentur
ęqualiter, q̄ siquis Patronus dictarum galearum absol
uerit aliquam mercantiam uel mercatorem a dictis vareis
Totā uarea quę tangere posset mercatores, & mercantias
taliter absolutas a vareis per Patronos, ueniat & esse de
beat, et si per illos Patronos uel Patronum qui taliter

absoluisset mercatores & mercationes predictas, ut quilibet
Mercator non habeat plus oneris eo quo tangit ipsum.
ITem obseruabis partem captam in Rogatis MCCCLXXXVII
Die XXVIII. videlicet quum Dominatio nostra
fecerit plures leges, ut hominibus nris, tam de remo, q, de
pede qui fierent integre solutiones sue, et non ferret eis
obligum, sed q, galee nre a mercato irent & redirent bene
armate, & hoc nequioq, obseruetur, quia pauperibus
hominibus non dantur lucrationes sue, nec refusure, prout
tenentur patroni galearum qui faciunt apunctare ho
mines pauperes in meridie tenendo scalam in terram,
et illas apunctaturas non datas Capitaneus non debe
ponere ad computum pauperum hominum, et etiam
pro quolibet homine a remo ipsis patronis deficiente,
Quia debent habere homines. CLXXI. Tenentur ipsi
Patroni soluere libr XXIIII in mense, & super his sit
taliter prouidendum Committatur nris solutoribus
Armamenti, q, facere debeant suas rationes hominib,
tam de remo q, de pede qui sunt in galeis nris de mer
cato in hac forma uidelicet q, uideant illud quod dicti
homines restant habere de suis liurationibus, et refusuris,
& fiant ipsis hominibus dare integre quod restant hre
et quod pactum aliquod quod ipsi homines fecissent
ualere non debet, et quod aliqua apunctatura non
ponatur pauperibus hominibus, postq, ipsas apuncta
turas non dederint Capitaneo prout tenentur: Audi
entibus ipsis solutoribus pauperes homines, Patronos, &

Scribanos, et uidentibus quaternos ordinate & obseruantib
formam partis capte super facto predicto cum libertate eis
attributa per dictam partem./

ITem obseruabis q de omnibus nabulis que excutientur extra
venetias, tam de mercationibus venetijs q extra venetias,
& de omnibus de passagio ij teneantur, et debeant idem capit.s
scribere in suo quaterno per se omnes denarios quos excutient,
& nomina personarum, et de quibus mercationibus & si
militer scribant in suo quaterno quando dabunt aliquos
denarios hominibus galearum, quos denarios debeat capitan.s
Patronus dare de tempore in tempus sicut est iustum: Que
quaternum debeat quilibet Capitaneus in reditu suo consi
gnare & dare officialibus nris extraordinariorum infra dies
.xv. postq applicuerit venetias. Quod si non fecerit non pos
sit ab illo termino .xv. dierum ultra elegi ad aliquod offm
uel Regimen quousque non assignauerit quaternum, &
pecuniam quei ei restaret quoquomodo cum rationibus suis
predictis officialibus extraordinariorum: Intelligendo q in
manibus Capitanei, tam eundo q redeundo, debeat remanere
tanta pecunia que sit sufficiens hominibus pro de Remo
& de pede sufficientibus de tempore in tempus, & pro
alijs expensis necessarijs pro galeis./.

ITem obseruabis partem infrascriptam captam in nris Consilijs
maioribus Rogatorum et xL.ta ac additiones M.cclxxx.
Indict.s xiiij. Die xxx. Xbris. vz Quum sit ordo q aliquis
ambasciator nri communis eundo, & redeundo cum galeis
nostris, & nulla mentio fit de prouisoribus, Syndicis &

alijs nuntijs nostri communis, licet mentio fuerit generalis de omnibus Ambasciatoribus, et nuntijs nri communis. ordinetur q de cætero dictus ordo se extendat, et intelligatur generaliter de omnibus Ambasciatoribus, Prouisoribus, Tractatoribus et omnibus alijs nuntijs nostri Communis, qui ibunt & redibunt cum galeis nris predictis.

ITem ordinetur q debeat sic de cetero obseruari, quando Caricabuntur aliquę mercationes extra venetias super galeis nris a mercato, Debeant Patroni subito facere scribi per suos Scribanios pacta, et conuentiones, quas fecerint mercatores cum patronis, et precium quod dare debeant pro nabulo & declarare inter se quo pondere debebunt ponderare ipse mercationes, et Patronos, Patroni autem teneantur infra tertium diem ad longius portare cedulam naulizati, et condicionu Capitaneo suo particulariter, et distincte: qui Capitaneus teneatur scribere, uel scribi facere ipsa naulizata, et conuentiones in uno quaterno, quem dabit in reditu suo officialibus extraordinariorum pro informatione omnium quibus spectabit. Verum si patroni uel eorum aliquibus contrafecerit predictis, uel alicui predictorum, et postea foret aliqua differentia inter patronos, et mercatores occasione predicta, credatur sacramento mercatorum, et per dictum suum procedatur, sicut erit de iure, & non audiantur patroni, nec testificationes eorum dicta de causa.

ITem quia per patronos galearum nostrarum a mercato in aduentu suo venetias debent accipi pedotę pro intrando portum nostrum venetiar & pro securitate, et hoc non obser-

uiant: Quia accipiunt de soldatis galearum, et constituunt ipsos
Pedotas: volumus, et sic tibi committimus, quod quando fueris
in partibus Hystrię pro ueniendo venetias, Tu Capitaneus tenearis
et debeas accipere pedotas sufficientes de illis quos reperies in
hÿstoria, qui, ueniant cum ipsis galeis pro maiori securitate
earum .∕.

PRaeterea committimus tibi quod in Pola uel antequam transeas Hyadra
debeas omnino facere & uidere monstram hominum galearum
predictarum tam á pede quam á remo faciendo fieri dictam mon
stram armatam, ac si deberet accipi bellum: et si inuenies aliquid
deficere alicui debeas prouidere per illum modum qui tibi uide
bitur, et condemnando illos, quibus deficient arma et in faciendo
quod habeant arma sua suis expensis: et hoc tenearis obseruare
omnino sub pœna ducatorum .$\overset{c}{\text{V}}$. in tuis proprijs bonis exigenda
per Aduocatores communis quibus hęc commissa sint de qua
habeant partem ut de alijs sui officij: et ultra hoc si non obser
uaueris predicta sis priuatus quod non possis unquam Capitaneus
galearum .∕.

Item quia sunt plures ordines super facto barillarum, quę fieri
debent ad unam mensuram: Committimus tibi & cæteris
Patronis nostrarum galearum, quod in Pola & in omnibus alijs
locis qui uidebuntur tibi, debeas diligenter facere cercare super
galeis, et omnes barillę quę reperiuntur esse ultra capacitatem
quartę, et siculi debeas omnino facere poni in terram sub
debito sacramenti, ut galeę uadant cum maiori securitate &
hoc tenearis facere super galeis istius uiagij, Tam eundoque,
redeundo .∕.

ITem obseruabis partem captam in consilio Rogatorum
M.cccLxxxxvi. Die xv. maij. v3. quia utilissimum est
prouidere ad securitatem galearum a mercato, que ueniunt
venetias super tempore hyemali, nauigando de nocte, &
faciendo scalam in mari intra culphum cum manifestis
periculis, ex nunc prohibeatur expresse omnibus Capit
nostris galearum a mercato, q de cætero in reditu suo vene
tias a Rhagusio usq3 in Hystriam non audeant ullo modo
facere noctem in mari, Jmmo bona hora se reducere ad por
tum, et ferrum ponere in illo loco qui eis tutior uidebitur,
& melior non se leuando ullo modo de portu, nisi per duas
horas uel tres ad plus ante diem, sub poena libr M. Cuilib&
Capitaneo contrafacienti de qualibet uice: De qua poena si
fuerit accusator per quem ueritas habeatur, habeat medie
tatem, Quartum sit communis, & quartum officialium
Quibus primum facta fuerit accusa. De qua poena alicui
contrafacienti non possit fieri gratia nisi per consiliarios, tria
Capita de xLta. & xLta. de xLta. & quatuor partes maioris
Consilij: et committantur predicta inquirenda Aduocatorib
communis, et nris officialibus de catauere. Qui in aduentu
galearum debeant sub debito sacramenti facere inquisitione
de predictis, & similiter obseruare debeat Capitaneo noster
culphi In casu quo se reperirent cum galeis nris a mercato
sub poena & stricturis predictis
Auere forensium possit ire, & redire cum ipsis galeis, soluendo
in tantum, quantum soluunt mercatores, & Ciues veneti
& reuocatum sit decretum alias factum pro forensibus. v3.

q non possint cum dictis galeis extrahere petias argenti de bulla soldos, et grossos, et aliud argentum: et hoc sit pro isto uiagio tantum. /

ET Quia est penitus prouidendum q galee predicte defectu pecunie in illis partibus non faciant ultra terminum eis statutum aliquam dilationem consideratis damnis et periculis que possent occupare, ordinetur, q quilibet patronus galearum predictarum per dies decem ante terminum sui decessus de venetijs teneatur presentare ducali Dominio literas cambij per Flandriam, & Londram de ducat. M.c.v pro quolibet patrono, per quas Capitaneus noster ad omnem uoluntatem et requisitionem suam in partibus predictis Flandrie, et Londre possit accipere, et habere, ac recipi facere ab alia persona, seu ab illis personis quibus dicte lre cambij destinabuntur: que sint persone sufficientes & placeat Dominio illa quantitas pecunie que in dictis literis continebitur pro subuentione ipsarum galearum, & hominum earundem in totum & per totum sicuti Capitaneus Flandrie uiagio elapso in simili Capo galearum flandrie commissum est. /

ITem quum obseruentur in facto panis, siue Biscocti dandi hominibus multe inhonestates, & inhumanitates. Ordinatur q Patroni dictarum galearum teneantur dari facere dictis hominibus panem suum, teneantur eis dare soldos duos paruorum in die ad minus sub poena librarum .x. pro quolibet homine, cui darent mutuis duobus soldis pro qualibet uice, quam exigat Capitaneus de qua habeat

tertium, commune tertium reliquum ſit accuſatoris, ſi fuerit: et si non fuerit accuſator duę partes ueniant in noſtrum commune: et ultra hoc ſub dictis poenis teneatur quilibet Patronorum loco uini quod tenebatur dare hominibus a Remo soldos duos paruorum in nr̄is pro quolibet et sint absoluti ad dandum dictum uinum./.

Et ut Patroni habeant causam melius adimplendi secundū uoluntatem nrām, Teneantur & debeant ipsi Patroni dictarum galearum antequam recedant de uenetijs habere in qualibet dictarum Galearum ſtaria clxxx. Biscocti ponderis libr Lxxxxv uel inde ſupra pro quolibet ſtario, sub poena Ducatorum x. pro quolibet ſtario deficiente: & committatur nr̄is extraordinarijs Qui sub debito sacramenti inquirant & examinent, et dent sacramentū Patronis & scribis ſi habebunt tot ſtaria biscocti in galea: & si ullo modo reperirent quod dicta ſtaria cLxxx. non sint in galeis quando recedent de uenetijs uel per accuſatorem uel per inquisitionem uel alio quocunque modo, habeant extraordinarij tertium dictę poenę: accuſator si fuerit per quem habeatur ueritas habeat tertium & Tertium sit communis & extraordinarij exigant dictas poenas./.

ORdinetur, quod omnes mercationes, & res quę conducuntur cum dictis galeis uenetias, possint per mare extrahere per uenetias, et cum nauigio ueneto omni tempore, soluendo datia ordinata nr̄i communis, secundum quod solitum eſt ſeruari habendo tertium unius anni postquam uenetias galeę applicuerint sicut in parte continetur./.

ET quia, ut fertur, per riperiam eundo uersus Flandriam per Patronos galearum exiguntur multa nabula Scdstan tia galeis, que nabula ipsi Patroni retinent pro se: quod est cum manifesto damno aliorum sociorum, et per consequens participum galearum, et circa hoc necessarium sit remediu apponere. Ita q hoc non sequatur ullo modo. Ordinetur q de coetero aliquis Patronorum predictorum, nullo modo, forma, uel ingenio possit in aliqua parte uel loco, tam eundo q redeundo exigere aliquod nabulum sub poena Ducatorum V. pro quolibet Ducato quem exigerent: quam poenam exigat Capitaneus de qua habeat tertium Accusator Tertium, et reliquum tertium diuidatur inter alios Patronos galearum: sed ut dicta nabula exigantur, ordinetur q Capitaneus teneatur illa exigere et per hoc teneatur tenere unum quaternum specialiter ad hoc deputatum nebulorum que tangunt eos ut possint facere utilitatem suarum galearum: et similiter obseruare debent de Flandria usque Venetias: Quem quaternum in reditu suo Venetias consignare debeat nris extraordinarijs ut participes galearum possit continue uidere rationes suas.

ET omnes habeant causam destinandi suas mercationes cum predictis galeis cum qua minori expensa fieri poterit ordinetur q omnes mercationes que ibunt, et redibunt cum presentibus galeis sint absolute a dimidia pro. c. que solui tur ad officium extraordinariorum, et similiter sint absolute que conducentur cum galeis predictis de loco ad Locum a dicta dimidia pro. c. sicut obseruatum est annis elapsis.

ORdinetur etiam pro bono, & securitate dictarum galear(um)
q(uod) non possint ullo modo, uel forma stare in aliqua terra,
uel loco Sicilie ultra duos dies non positis, nec computatis
diebus accessus, & recessus, sub pœna libr. v. cuilibet cor(um)
in suis proprijs bonis pro qualibet die, qua staret ultra
duos dies./

CAeterum ordinetur pro securitate et bono dictarum galear(um)
q(uod) aliquis Patronus, uel Soldatus ipsar(um) non possit ire ad
sanctum Iacobum durante uiagio ullo modo, sub poena
priuationis nauigandi cum galeis & nauigijs nostris
armatis./

ITem ordinetur q(uod) in partibus deinde caricentur primo lane,
sargie, panni, et alie res subtiles in dictis galeis aliqua rata,
ultime res que in eis caricabuntur sint pelles, que non
possint poni, nec caricari in ipsis galeis, nisi primo caricatis
lanis, pannis & sargis, et alijs rebus subtilibus sub pœna
contra ordines, Intelligendo et si pelles forent tot quot no(n)
possint in dictis galeis omnes caricari per ratam, ut est
iustum q(uod) ipse tunc debeant caricari: sed tamen liceat pa
tronis caricare, et ponere gabertos ubi non possent poni alie
mercationes, pelles destigate que sint ad beneficium
omnium galearum./

ITem ordinetur q(uod) Patroni dictarum galearum a die qua
Flandriam et Londram applicuerint usq(ue) ad dies. xxxv.
non possint naulizare aliquid alicuius forensis, Infra quos
dies. xxxv. omnes veneti uolentes caricare super dictis
galeis, teneantur notificasse & dedisse in scriptis predictis

Patronis totum, & quicquid uoluerint caricare ſuper dictis
galeis, quibus Diebus xxxv. elapsis sit in poteſtate Patro-
norum naulizandi quibus uoluerint caricare super dictis
galeis, sint ad condicionem in totum adquam sint veneti,
in iſto casu pro tanto, quanto caricabunt venetijs./.

ITem, q̄ Supracomiti, scribe, Patroni, Poſtici, socij, Balli-
ſtarij, eundo, ſtando, & redeundo quibuscumq̄ locis in
quibus contigerit eſſe non intelligendo Sensas & Londras,
Quia ordo datus eſt ſuper Jus, teneantur de nocte dormire
in galeis, sub poena librar quinquaginta pro quolibet:
& Capitaneus teneatur facere cercam in dictis locis quando
erunt in ipsis./.

ITem quum dicti Comiti accipiant soldos quatuor paruor
pro qualibet Barilla vini, que homines galear discari-
catur in terram, ordinetur q̄ de cœtero non debeant
accipere aliquid pro aliqua barilla vini que diſcaricaretur
in terram sub poena libr v^c. pro qualibet barilla./.

INsuper quia eſt consuetudo in Anglia q̄ non permittatur
caricari aliqua mercimonia, seu mercantia in galeis,
nisi primo soluantur drita datia sua de omnibus mercati-
onibus que debebunt caricari, et interdum occurrat q̄
defectu unius uel duorum mercator differtur caricare
dictas galeas: Propterea ordinetur q̄ uice Capitaneus
galee Londre, occurrente dicto casu ꝟ tale impedimentum
cesset, debeat accipere ad Cambium pecuniam neceſſariam
per illum modum quo poterit & soluere pro illis mer-
cationibus que non ſolum ſoluiſſent drita & Datia

Anglie de suis mercantijs, et quorum defectu impediretur
galeas caricare, et ad soluendum pecuniam acceptam ad
cambium & conſtum ipsius sint obligate mercationes
illorum, pro quibus occurſus fuisset defectus predictus:
nec detur illis mercatoribus quorum erunt nisi ſoluta
fuerit dicta poena. ./.

ET quia, ut fertur publice, nre galee Flandrie aliquando
uadunt sine Armis. Ordinetur Capitaneo presentium
galearum, q antequam recedat de venetijs teneatur & de
beat diligenter inquiri facere si arma communis erunt
in galeis in loco ubi ſtare debent, & similiter homines
habere debentes arma sua erunt de illis fulciti, & casu
quo inueniret arma nri communis deficere, et non ee
in loco suo debito debeat ponere poenam et poenas prout
sibi uidebitur pro Patronis earum, q dicta arma debeat
habere ad complementum, Tamen in loco suo debito &
ſtatuto pro eis, et similiter pro eis ponere poenam alijs
habere debentibus arma quibus deficerent q ſint
illis fulciti ante eorum receſsum de venetijs: et quum
dictus Capitaneus fuerit in Pole teneantur simul cum
Comito nro Pole cui super hoc scribatur, Iterum facere
Circam de dictis armis, et si inuenerit dicta arma defi
cere, exigere debeat poenas a contrafacientibus, & non
possit dictus Capitaneus de Pola recedere, donec non
fuerit fulcitus de dictis armis: seu miſerit illa ad acci
piendum venetias ad expensas illarum galearum
quibus defecerint, et nihilominus teneantur dicte galee

uel galea non habentes arma ſua ad refectionem damnorum
et intereſſe, que paſſe fuiſſent alie habentes arma propter
moram quam facerent in Pola: que circa fieri debeat cum
Comite nostro Pole, & dictus Comes Pole teneatur sub de
bito sacramenti ſcribere ordinate arma que inuenerit
pro Informatione nostra: Et teneatur dictus Capitaneus
quando receſſerit Sclusarum, illa die qua recedet Iterum
facere circam de dictis armis: et si inuenerit aliqua arma
nostri comunis deficere, Cadat Supracomitus Galee cui defece
runt arma, quod unquam poſſit eſſe Patronus alicuius
galee, tam communis, quam aliarum personarum, et non
poſſit fieri alicui contrafacienti gratia nisi per sex Con
siliarios, Tria capita de xl^ta. et xl^ta de xl^ta. et omnes
maioris Consilij remanente nihilominus in libertate Capi
tanei faciendi, una & pluribus uicibus dictam monstram
uel circa. uerum si capitaneus non obſeruauerit predicta,
et alia sibi commiſſa, cadat ad illam, preter priuationem
Capitanei omnium galearum, tam armatarum communis,
quam specialium personarum, et non poſſit fieri gratia dicto
nostro capitaneo nisi per modum suprascriptum sicut de
patronis dictum eſt, Et quum capitaneus fuerit faciat
dicta arma poni in armarolis, et Balliſtarijs in scandu
lario bullari, & claudi, et ita quod non poſſint inde moueri,
et similiter facere debeat in partibus cluse, & ultra hoc
debeat Capitaneus sub poenis predictis ſimiliter in omni
loco quo caricabuntur mercationibus, et diſcaricabuntur
arma & balliſtarias galearum ſi erunt in ordine: ut

esse debent Tacendo ſemper clausos, & bullatos armaro los predictos ./.

ET Quia per quosdam aliquando accipitur bulleta ab extraordinarijs caricando ſpecies, et caricanti illas cum damno mercatorum, ordinetur quod siquis accipiet bulleta ab extraordinarijs pro caricando ſpecies ſuper galeis flandrie tam subtiles quam grossas a pondere libr. cc. s et non caricauerint illas, cadere debent de ducat. x. pro quolibet collo non caricato, et committatur extraordinarijs qui sub debito Sacramenti inquirant & examinent quaternos ſuos, et siquis inuenerit contrafecisse exigant poenas habentes tertium: et Comune duas partes, et si fuerit Accusator per quem ueritas heatur, habeat tertium, Tercium sit communis, & teneatur de credentia.

ET quia multe fraudes committuntur extra Venetias in caricando mercationes ſine notitia Capitanei ordinetur quod poſtquam dicte galee receſserint de venetijs, non possint in aliqua parte, uel loco caricare aliquid uel diſcaricare ullo modo uel ingenio absque bulleta Capitanei Galearum noſtrarum predictarum sub poena amittendi totum id quod usque bulleta extiterit caricatum: et si de extra venetijs aliquis fuit accuſatus Capitaneo, Accuſans habeat tertium dicte poene, Capitaneus tertium, cui hoc committatur, et aliud tertium sit communis, et si non fuit accusator, Due partes ueniant in commune, & teneatur Capitaneus sub debito Sacramenti diligenter inquirere de predictis, & poenas exigere ut supra dictum eſt.

et non contrafiat Intentioni terre.

Teneatur et debeat Capitaneus notari facere in uno quaterno ad hoc specialiter deputato omnes cedulas, siue Bulletas quas faciet, pro caricando mercationes aliquas extra Venetias: & ipsum quaternum tres dies postq̃ applicuerit venetias debeat presentare officialibus nr̃is extraordinariorum, qui similiter examinetur, & Inquirant si fuerit per aliquẽ contrafactum: et si Inuenient condemnent, et exigant partem habentes ut superius per omnia de Capº dictum est. Et similiter committatur omnibus alijs officialibus contrabannorum qui possint inquirere, et examinare, & exigere poenas ut dictum est: et de dictis poenis nõ possit fieri gratia, sub poena & censuris contentis in parte noua contrabannorum.

ET Quia vari: Ambrę et Sargię, propter multas grauitates quas hñt male: possunt conduci venetias: & bonum sit dare modum & materiam q̃ de dictis Sargijs, et Ambris conducantur venetias. Vadit pars q̃ vari, et Sargię: & Ambre: quę conducuntur cum galeis nr̃is flandrię venetias debeant soluere in hunc modum. Vʒ q̃ illi quorum erunt debeant facere notari infra dies. xx. postq̃ galeę applicuerint venetias, si uolent dictas res pro transitu pro partibus leuantis soluere debeant. iij. pro. cº. et si uolent pro consumando ipsos venetijs soluat sicut ad presens soluitur: et Illi vari, sargię & Ambrę quos uolent pro transitu pro partibus Leuantis Debeant stare sub bulla extraordinariorum, habendo illos quor

erunt terminum ad excendum illos usq; unum annum proximum.

ETsi aliquis scriba dictarum galearum receperit uel dederit aliquid ex dictas galeas sine bulleta, et licentia Cap. cadat quilibet earum ad poenam libr. cc. paruorum: sintq; priuati, q non possint unq esse scribe aliquarum galear a mercato, et communis: et eis de predictis non possit fieri gratia, nisi per sex Consiliarios tria cap.ta de xl.ta et xl.ta de xl.ta et quintum maioris consilij et Capitaneus teneatur notificare hec scribanis predictis ante discessum suum de Pola.

Item ordinetur q Patroni nri Galearum de Bruges nullo modo, forma, uel Ingenio possint ire Londram, sub poena ducator. L. in suis proprijs bonis & similr alij de Londra non possint uenire de Brugia, sub eadē poena, quam exigat Capitaneus, de qua habeat medietatē & alia medietas sit communis: & non possit de ea fieri gratia, nisi per sex consiliarios tria Capita de xl.ta et xl.ta de xl.ta & quatuor partes maioris consilij.

ITem ordinetur q Presbyter de cætero non possit aliqd accipere a nris mercatoribus pro bulletis quas faciet: sed habere debeat pro huiusmodi bulletis fiendis pro eundo, & redeundo ducat. quinq, auri pro qualibet galea a Patronis earum: et si ultra hoc aliquid accipere a mercatoribus, q nunq possit ire cum nris Galeis armatis, Et tu Capitaneus galearum tenearis hoc facere obseruari sub poena sacramenti: Intelligendo q Scribe

nihil accipiant sub eadem pœna.

Item ordinetur quod Nauclerij et alij salariati dictarum galearum, tam venetijs quam extra pro caricando et discaricando mercationes nullo modo aliquid accipere debeant a mercatoribus: sed caricare et discaricare debeant dictas mercationes prout facere tenentur, quod omnia Capitula existentia in commissione Capitanei galearum a mercato & in alijs libris nostris loquentia super facto tam Zurmarum quam aliorum salariorum galearum in quantum ad predictos spectent reuocentur et annibilentur: et de coetero infrascripte partes per Capitaneum galearum nostrarum a mercato et alios ad quos spectabunt in futurum obseruari debeant: et in commissione dictorum Capitaneorum addatur pro maiori informatione omnium infrascriptorum.

Primo ordinetur quod quelibet galea a mercato habere debet ultra patronum Nobilem, vnum Comitem, vnum Patronum Juratum, vnum hominem Consilij, duos Scribas, vnum Remarium, vnum Marangonum, unum Calafatum: octo naucleros xx. ballistarios clxxi. homines a Remo, unum coquum, vnum Caniparium, & unum famulum Patroni: que tota Zurma habere debeat expensas a famulo Patronis: Que tota Zurma habere debeat expensas a galeis, Juxta ordines nostros: Ballistarij autem accipi debeant ad bressalium eo modo et cum illo precio quod de tempore in tempus uidebitur disponendum et prouidendum. Teneatur quelibet galea ultra numerum suprascriptum habere pedotas: qui accipi debeant per Capit

Verum non possit de coetero sub poenis predictis prouideri, seu poni, q̃ galee dictorum nauigiorum uadant cum pauciori numero q̃ superius est expressum, sed ultra numerũ predictum prouideri potest prout uidebitur secundum exigentiam occurrentium./

ITem teneantur Capitanei anteq̃ recedant de Venetijs, facere q̃ Patroni galearum dent, aut consignent eis quaternos galearum nrarum suarum: Quos quaternos dicti Capitanei retinere debeant penes se per totum uiagium, donec redierint venetias: et anteq̃ Capitanei predicti transeant Polam, teneantur personaliter facere circa ad galeam ad galeam, faciendo uocari homines ad unũ ad unum, et deficientes quando fiet dicta circa, scribere debeant suis manibus in quaternis predictis ad postas suas pro fallitis, et teneantur ultra hoc Capitanei predicti dare Sacramentum Patrono, Comito, et Scribis, q̃ omnes homines quos inuenerint ad Circam sint soldati galearum, sicut in quaternis continetur: et si deficient homines ad numerum predictum Capitaneus suo posse tenere debeat modum anteq̃ transeat Polam, q̃ galee fulcite sint hominibus quos habere debent ad expensas patronorum: et in casu quo, q̃ non possent se fulcire hominibus habere debentibus in Pola teneatur Capitaneus in quacunq; parte se reperirent homines accipere si poterunt haberi: Ita q̃ eundo, stando et redeundo omnes galee sint fulcite: et habeant numerum suorum hominum quos habere debent: et si facta prima dicta Circa Capitanei nõ poterunt

habere pro galeis ad complementum loco hominum deficien-
tium, Debeant Capitanei predicti notificare Patronis Ga-
learum, q pro quolibet homine eis deficiente ad numerū
predictum Cadant omni die de grossis octo ad aurum:
et pro Comito, Patrono Jurato, homine de Consilio de grossis
xij. ad aurum, Jnde, & pro conseruatione nr̄e intentionis
intentionis predictes, Teneantur Capitanei predicti dictos
patronos quibus deficiet aliquis homo, tam ad primam
circam predictam q ad alias quas facient, seu inter unam
circam, et aliam dare pro caditis ad poenas suprastas pro
quolibet homine ipsis patronis deficiente, faciendo dictas
poenas de die in diem, et de tempore in tempus prout inue-
niet dictos homines deficere, et illas poenas debeant obser-
uare de tempore in tempus, Quando Patroni uoluerint
ponere homines loco illorum talium deficientium: Debeant
dicti Capitanei in casu quo tales homines sunt sufficientes
illos acceptare & scribi facere, nisi homines, & scribæ
Galearum viagij cuius erit talis ille Capitaneus consti-
tuti in sua presentia, affirmante per sacramentum q
dicti homines qui tunc presentabuntur non sint de solda-
tis & hominibus galearum: et quia possit occurrere,
q Patroni Galear̄ postq capitanei accepissent homines
pro galeis per loca que transibunt, loco dictorum deficien-
tium, tenerent modum: q dicti tales homines sic accepti
per Capitaneum per minas uel per alias subornitates fue-
rint contenti restituere denarios, & remanere a dictis
galeis in locis predictis: Ordinetur q in casu quo hoc

quilibet Patronorum qui talia perpetraret, cadat quolib&
Die de duplo eius quod superius est ordinatum.,

VErum si occurreret, q aliquis Patronus scribi faceret aliquẽ
ex salariatis galeę, seu famulum mercatorum, uel aliam
personam pro contrafaciendo intentioni nrę predictę; Cadat
dictus Patronus de libr. L. paruorum pro quolibet taliter
scripto: et si Comiti, Scribę, talis galeę notitiam habuerint
de fraude, & illam non manifestauerint Capitaneo. Cadat
in poenam libr. xxv. pro quolibet, et qualibet uice: Saluo
si intra tertium diem predicta non manifestauerint Caps.
predictis. Quibus committatur, q illos tales accusatores te
nere debeant de credentia: et ultra hoc omnibꝫ illis psonis
quę se promiserint scribi ad talem fraudem: et ad illam
non manifestauerint Capitaneo infra tertium Diem, Capi.
predicti dare facere teneantur Scurizatas quinquaginta
ad terrorem et exemplum aliorum sub poena Capit.o libr.
.C. paruorum pro quolibet quem absoluerit a poena pre
dicta: et si aliquis mercator sciuerit, q aliquis suus famu
lus Scriptus fuerit contra ordinem suprascriptum, & de
hoc non dederit notitiam, Incurrat similiter ad poenam
libr. quinquaginta paruorum, &c.

VErũ si illi proprij qui fuerint scripti contra hanc intenti
onem nrãm accusabunt, siue manifestabunt Patronos
seu alios qui illos scribi fecissent, sint dicti tales manifesta
tes absolutis a dictis Lta scurizatis & habeant de bonis
patronorum libr. xxv. paruorum: et similiter habeant
omnes alij qui manifestabunt dictam deceptionem. &c.

libr. xxv. paruorum pro quolibet homine manifeſtante/
& debeant dicti Capitanei iſtud Captum facere cridari ſup
galeis sibi commiſſis ſemper quando facient circam galear.
Nsuper teneantur dicti Capitanei omnibus & singulis dieb.
xv. facere dictam circam / sub pœna libr. x. paruorum
in suis proprijs bonis pro quolibet die / quem differrent ad faci
endum Circam : quam pœnam exigant nri Extraordinarij : &
si Capitanei illam non soluerint Cadant de duplo vz de libr
xx . paruorum / ſi per eius accusam ueritas habeatur & te
neatur de credentia : et alia medietas uadat & conuertatur
in beneficium mercatorum per eum modum qui hic inferius
declarabitur./

ET teneantur Scribe galearum quando remanebit á dictis
galeis aliquis homo dare in scriptis Capitaneo ad primum
locum in quo posuerint ferrum diem, & locum in quo re
manſerunt / sub poena libr. x. pro quolibet homine non
dato, & quolibet Die quem differrent quos homines sic falli
tos Capitaneus debeat scribere in dictis quaternis manibus ſuis
ad poſtas Notando diem et locum in quo remanſerunt, &
teneatur Capitaneus dictarum galearum anteq̃ tranſeat Polá
reddere prouisos Scribas galearum, et non intelligatur q aliquis
homo acceptus nec ſoldatus ſit galear. / nisi poſtq̃ scriptus fuit
in quaternis galearum qui erunt in manibus Capitanei prout
superius continetur./

ITem teneantur dicti Capitanei diebus octo poſt suum reditum
Venetias, particulariter nris Aduocatoribus communis, &
causas propter quas ceciderint : Qui Aduocatores teneantur

dare Sacramentum Capitaneis predictis, quod ultra defectus
predictos nullam aliam notitiam habuerint de aliquo alio
defectu: & si predicti Capitanei non dederint dictis Aduo
catoribus in nota dictos defectus, ut supra dictum est infra
octo Dies, cadant poena de libris .xxv. paruorum pro quolibet
die quem differrent ad dandum illos ultra dies octo: Quam
poenam exigant nostri Aduocatores communis: Qui quidem
Aduocatores teneantur predictos qui sibi dati fuerunt pro
cadutis per Capitaneum assignare officialibus armamenti:
Vt ipsi officiales inquirere, et inuestigare prout inferius
declarabitur: et ulterius ad dictum terminum dierum octo,
& sub dicta poena teneantur dicti Capitanei per unam
aliam manum dare predictos qui ceciderint ad poenas pre
dictas nostris officialibus extraordinarijs. Teneantur et Capitanei
predicti toto suo posse exigere dictas pecunias de poena a
contrafacientibus prout superius dictum est. Habendo de
toto quod excutient unum tertium, et alia duo tertia consi
gnare debeant nostris extraordinarijs predictis infra dies
octo postquam venetias applicuerint. Qui quidem extraordinarij
Teneantur omnes poenas predictas ad quas incurrent Pa
troni, que non erunt exacte per dictos Capitaneos extrahendo
nabula galearum secundum quod tanget qualibet galeam
secundum suos defectus, non possendo dicti extraordinarij
dare seu dari facere patronis, seu particibus uel alijs illorum
nomine nabula que tangent galeas predictas, nec aliquam
partem eorum, nisi prius exactum fuerit Id quod solui de
bebit pro poenis, seu defectibus predictis, non possendo Patroni

obligare nabula suarum galearum in tantum quantum soluere tenerentur occasione predicta: et si nabula gale arum non essent sufficientia: Exordinarij exigere debeat de bonis proprijs patronorum si de illis habere poterunt: & si de bonis patronorum habere non possent: Exigant de bonis participum idquod tanget quemlibet ipsorum per suos Caratos: atque omnino dicti denarij soluantur.

VErum teneantur nostri solutores armamenti cum omni diligentia sub debito sacramenti Inuestigare tam per scripturas quas habuerint a dictis Aduocatoribus communis quam etiam per quaternos galearum et alias uias, et modos possibiles si aliqualiter fuerit contrafactum huic Intentioni nostre: et si inuenerit dictos Capitaneos per fraudem non dedisse in notam homines qui defecissent a galeis predictis, et omnes poenas quas meruisset Patroni, et alij superius nominati pro causis suprascriptis, Debeant dicti solutores armamenti quanto presto poterunt aduisare, & ordinare de dictis poenis, & defectibus seu fallis in quos, et que inuenerint patronos Incurrisse: Qui Exordinarij debeant de nabulis galearum Exigere poenas suprascriptas sicut dictum est superius, et in quo casu officiales armamenti de eo quod excutietur ob suam manifestationem habere debeant unum tertium: et alia duo tertia ueniant ad beneficium mercatorum sicut inferius scriptum est: et cadant dicti Capitanei in suis proprijs bonis de tanto quanto eis tetigisset pro parte de toto eo quod non dedissent in scriptis Aduocatoribus & Exord.

sicut superius dictum est vz de uno tertio eis limitato
si exegissent poenas predictas. Que poena sit dictorum
officialium armamenti remanentibus in sua infirmi
tate omnibus partibus mentionem facientibus de illis
qui constituti debeant per Capitaneos super qualibet
galea ad inquirendum q panis, & vinum: et alia ui
ctualia dentur hominibus galear secundum usum.
et omnibus partibus mentionem agentibus de refusuris
fiendis omnibus per galearum solutores armamenti
predictos.

ET ut Capitanei possint exequi, et facere omnia supsta
Teneantur Extraordinarij ante recessum Capitanei de
venetijs dare, et consignare dictis Capit ducat. c.
pro qualibet galea de nabulis dictarum galear De quib
Denarijs predicti teneantur soluere omnibus et exequi
ut superius dictum est: et si dicti Denarij non essent suffi
cientes, debeant Capitanei predicti accipere de nabulis gale
arum predictarum que exigent ex venetias tantam qua
titatem q continue habeant duc. c. in manibus suis
pro qualibet galea pro adimplendo intentionem Dnij
Mnes uero poenas suprastas tam illas quibus incursi
erunt Patroni, et alie speciales persone superius nomi
nate, et tam illas que exacte fuerint per Capitaneum,
Teneantur soluere omnibus galearum, q illas que exiget
per ex ordinarios occasionibus suprascriptis: Debeant
dicti extraordinarij ponere ad computum, et beneficium
mercator qui caricauerint super dictis galeis: Decla

rando q̄ omnes quantitates poenarum: que habebuntur et
exigentur post recessum galearum nrarum predictarum
usq; ad applicationem earum ad loca suorum maiorum ponant
ad computum et beneficium dictorum mercatorum qui s dictis
galeis caricauerint eundo, et tota quantitas pœnarum que
exigetur in reditu dictarum galearum ponatur similiter ad
beneficium dictorum mercatorum qui caricauerint super
dictis galeis. Verum anteq̄ extraordinarij predicti faciant
diuisiones predictas debeant informare se ad officialibus
armamenti si per examinationem quam fecerint per dictos
quaternos: et alias scripturas inuenerint id quod ultra da
tum esse in nota per dictos Capitaneos, ut dictas diuisiones
Integrare, et benefacere ualeant ut superius dictum est:
Alias uero poenas superius Specificatas in quibus alie psone
incurrissent que exacte non fuerint per ipsos Capitaneos
debeant exigere ipsi nri extraordinarij et de illis dispone
prout de pœnis ad quas cadunt Patroni ut est dictum.
Et super dicti extraordinarij sint magis soliciti ad exigendas
pecunias predictas. Ordinetur q̄ ipsi habere debeant medi
etatem illius tertij deputati pro parte Capitanei ut superius
dictum est: et hoc intelligendo solumodo q̄ ipsi extraordina
rij exigent, et alia medietas dicti tertij sit capitanei non
intelligendo de pecunia que eis consignabitur p Capitaneum
que per eos acta fuit de qua ipsi capitanei habuerint tertium
suum. Non intelligendo etiam de eo quod inuentum fuit
per pagatores armamenti per inuestigationem suam de
quo superius est dictum quod debeat obseruari. Verum

si predicti extraordinarij non adimpleuerint ut superius dictum est, factaq[ue] fuit conscientia nostris Aduocatoribus communis, Teneantur dicti Aduocatores inquirere & perscrutari ueritatem, et si inuenerint ipsos extraordinarios contrafecisse non habeant dicti ex[tra]ordinarij in eo casu aliquam partem dicti tertij eis limitati: Jmmo cadant ad totidem poenam pro poena de sua propria pecunia: que poena sit dictorum aduocator[um] comunis: etiam ulterius debent dicti n[ost]ri Aduocatores comunis facere, q[uod] dicti ex[tra]ordinarij sub illis grauioribus poenis que eis uidebuntur imponi exigant, et diuidant poenas superius specificatas ut superius continetur.

Verum ut hec n[ost]ra Jntentio sortiatur effectum omnia suprascripta ordinate procedant, et in futurum fraudari nequeant, nec eis opponi, respectu q[uod] mercatores qui ue[ni]ent cum galeis predictis possent esse accusatores seu testes alicuius ex defectibus supradictis, et in tali casu opponi posset illos, ac capi non debere respectu q[uod] pars suprascriptarum poenar[um] eos tangere posset. Ordinetur et Declaretur q[uod] in casu quo aliquis fuit accusator seu queuis alia persona: et ille talis mercator probe uoluerit denu[n]tia[re], seu accusam suam fore ueram, tam contra Capitaneum, q[uam] contra alios quoscunque superius nominatos: Debeant dicti mercatores, qui producti, seu allegati fuerint pro testibus existentibus ipsis mercatoribus bone uite et fame examinari sacramento et eorum dictis et testificationib[us] debeat dari: et tribui fides circa predicta. Ordinetur etiam

q̄ si Patroni accuſabunt capitaneum contrafacientem ordi-
nibus supraſtis. Sint in iſto casu patroni abſoluti á dicta
poena. quam incurriſsent ad contrafactionem predictorum.
Et Incurrat Capitaneus in Illasmet poenas, quas Incurris-
sent tales Patroni, contrafacientibus ordinibus ſuperius ſpeci-
ficatis: De quibus poenis habeant dicti Patroni Illam
partem quam habuissent Capitanei ſi obſeruaſsent quæ
superius commiſsa sunt.

VT omnia predicta perpetuam obtineat firmitatem, et
continue obseruentur, non possent partes seu ordines
ſupraſcripti reuocari nec ſuſpendi, nec aliqualiter declarari
forma ulla aut Ingenio, nec etiam in diminutionem per-
mutationem, seu reformationem eorum que continentur
in partibus et ordinibus supraſcriptis, aliquid poni seu
aliqualiter attentari per quamuis formam seu modum,
qui dici seu excogitari posset, ullo unquam tempore, nisi
per Sex consiliarios, et quatuor partes consilij Rogatorum
congregatis á .c.xx. ſupra: et similiter de poenis supraſcriptis
alicui contrafacienti, non poſsit fieri gratia, Donum, re-
missio, recompensatio et c. sub pœna ducatorum mille aureorum
pro quolibet ponente, uel consentiente partem in contrarium:
De qua poena Similiter non possit fieri gratia aliqua &c.
sub eadem poena: et sic procedatur de pœna in poenam usque
ad Infinitum: et omnibus ordinibus supraſtis, et poenis, et
scripturis subiaceat quelibet galea communis que per ſpe-
cialem personam armabitur de cœtero ad aliquod uiagium,
sicut de alijs superius dictum est.

CAeterum si in ceteris commissionibus Capitanei uel alijs ordinibus loquentibus circa materiam suprascriptam contentam in Capitulis suprascriptis, foret aliqua scriptura seu aliquę poenę maioris quam superius est expressum in Capitulis predictis, Ille maiores poene, et stricturę obseruentur, & habeant roboris firmitatem ut intentio terrę adimpleatur in totum./

SEd ballistarij nobiles habeant ultra mensam ad puppim & statium suarum ballistariarum, et statium in scandolario pro suo stramatio, ualisia, et capsa, a quaternis ducatis LXX. auri pro toto uiagio pro quolibet. Verum si occurreret quod Aliquis dictorum ballistariorum non tractaretur humane: et conuenienter a Patronis dictarum galearum. Debeat Capitaneus sub debito sacramenti illum talem ballistarium ponere sub una ex alijs galeis Dando eidem grossos sex qualibet die pro suis expensis de bonis illius talis Patroni unde ipse ballistarius fuerit amotus: et debeant habere arma pro sua persona. & duas ballistras: unam a pede, et unam a molineto Verum non possint dicti Patroni galearum seu aliquis alius eorum nomine per Pactum, cautellam, obligationem, seu aliquam aliam uiam, seu modum, qui dici excogitatiue posset subtrahere retinere, seu facere sibi restitui. seu modo aliquo assignari a dictis Ballistarijs seu eorum aliquo aliquid ex eo quod dicti ballistarij habere debent tam pro eorum salario quam pro alijs causis superius specificatis.

QVIA alias prouisum fuit pro securitate galearum a mercato, quod non possent a Ragusio citra uersus venetias nauigare de

nocte sicut in parte capta in consilio · M.ccc.Lxxxxvi.
seriose continetur: et tamen per libertatem concessam dictis galeis
de possendo se leuare duabus uel tribus horis ante diem non obser
uetur Intentio terre: Quia tempore hyemali, tempora citissime
cambiantur: et bonum sit ac maxime commendatum supin
debito prouidere, ne aliquod Inconueniens accidat sicut alias
occurrit in galea Canala a viagio Alexandrie redeunte. Ordi
netur ex nunc q aliquis capitaneus galearum a mercato, seu
Patronus alicuius galee super qua essent species non possint de
coetero in reditu suo a Ragusio Venetias leuare, seu nauigare
nisi in die quousq in hystriam applicuerint, et debeant ire de
die in portum seu statium iux posse sub poena Capitaneis no
obseruantibus ut profertur essendi priuatus per x. annos
omnibus Patronis galearum armatarum. Insuper si quod
absit, In futurum aliquid sinistri accideret alicui: seu aliqbs
galeis Teneatur dictus Capitaneus galearum ire & stare ad
cursum dictar Galearum, siue galeis pro recuperatione
ipsarum, et omnium mercantiar existentium in eisdem
Donec cum salute galearum sibi commissar stare poterit,
sub eisdem poenis Capitaneis, & Patronis qui recederent libr
V^c. in suis proprijs bonis ultra poenas contentas in dicta
parte. Mccc.Lxxxxvj. que sunt de libr mille: et Patronis
contrafacientibus essendi priuat per x. annos omnibus
patronis galearum armatar. Et si per casum fortuitum dicti
Patroni separarentur a Capitaneo debeant & teneantur secundu
suos ordines sub dicta poena Capitaneo donec secum coniun
gantur. /.

ITem ordinetur quod aliqua galea armata seu super qua esset
rata non possit portare super cooperta aliquod seu aliqua
scrinia: uel aliud uas seu ordenium nisi scrinia mensurarum
antiquarum, que soluta erant portari antiquitus super galeis
quorum mensure inferius describuntur. Que quidem scri
nia portari non possint super dictis galeis, nisi Admirati
Comiti homines de consilio & Nauclerij unum. videlicet pro
quolibet & sub poena librarum c. paruorum pro quolibet scri
nio ultra dictas mensuras et contra id quod dictum est
Et ad omittendi dicta scrinia cum rebus existentibus in eis
ad quas poenas pecuniarias cadant Patroni galearum super
quibus talia scrinia reperta fuerint: Quarum poenarum
medietas sit accusatoris seu accusatorum, per quem seu quos
sciatur ueritas: et alia medietas sit capitulo. Quibus hec com
mittantur Aduocatoribus communis, et cridetur in locis
solitis die festo de mane ut omnibus nota sint remanente
nihilominus firmo arbitrio ipsorum nostrorum Aduocatorum
possendi intromittere, et placitare contrafacientibus, et etiam
remanentibus firmis alijs partibus, et stricturis que non
contradicent huic parti: et hec pars locum habeat, et uigorem
a die qua capta fuerit: et non possit reuocari nec suspendi
nec fieri gratia contra hoc sub poena librarum .L. pro quolibet
consiliario, Capite, sapiente, uel alio ponente uel consentiente
partem in contrarium: & committatur omnibus officia
libus contrabannorum Illius Executionem.

AMirati Comiti, Patroni jurati, homines de consilio pro quo
libet unum scrinium a costa arboris usque ad pupim

Scrinia longa pedibus quatuor In copperta pedibus quatuor, alta pedibus duobus et quarta: alta in cooperta pedibus duobus, et quarta. /.

CApsa uero Marangoni ſtare debeat in cooperta in locis ſolitis, et sit longa pedibus tribus, et quartis tribus, alta pede uno et dimidio: Larga pedibus duobus. /.

NAuclerij pro quolibet ipsorum unum á coſta arboris usque ad proram, Scrinia longa in copperta pedibus duobus & dimidio alta pedibus duobus & quarta. /.

ITem che li non se possi erzer le corsie: Per che di quello erzer, seguitano grandissimi Inconuenienti: Per che se conuien erzer, i Banchi, scurtar i Remi, erzer le Balleſtriere, et impise de molta roba superchia: si che le galie non pono soſpirar. /

ITem che de cætero entro lo bapti porta de proua se debia mettere & logare le lanze: et lumiere: et Strachauale, et Rampegoni da haſta: si che non se metta piu in banda & le uele se mettano a i luogi suoi debiti: et non se possa farne far alchun Patron ouer alchunaltra persona alcuna altra ſeraia sopra alchuna dele altre galie, ultra quella che é in esse, quando le enseno de larsenal, et tutte queſte cose debano far obseruar li patroni dele galie soto poena de ducati. cc. et eſser priuadi de. x. anni per chadaun de loro per ciaſcheduna dele dicte cose lequal non fusseno obseruade neli suoy proprij beni: et sel ne será accuſadori habia la mità dela poena pecuniaria: et laltra mità i Capitanei iquali siano tenuti de mandar ad execution

come di sopra é dicto sotto la poena dicta: laqual schuoda li Auogadori de Comun: et tutte le dicte cose siano cridade ogni marzo su le schale de Rialto: et su le galie, et messe in commission de i Capetanei: & Patroni dele galie et commesse ad inquirir á i Cathaueri: et tutti altri officiali di contrabandi: i qual habiano parte, ut de alijs sui officij. In questo li capitanei non le hauesseno exequide: Dele qual: ouer alchune di esse non se possi far gratia et c. soto le poene contegnude nela parte noua de i contrabandi. /.

Quod de coetero aliquis Patronorum galearum á mercato nullo modo, forma, uel Ingenio, possit venetijs nec aliqua alia parte uel loco, tam eundo, quam redeundo exigere aliquod nabulum sub poena ducatorum .v.c pro quolibet ducato, et perpetue priuationis omnium patronorum, et Capitanearum galearum nostrarum tam communis quam specialium personarum: quam poená exigere debeat Ille Capitaneus, siue uice capitaneus in cuius armata per aliquem patronorum fuit contrafactum: et similiter cadere debeat ad easdem poenas quilibet mercator, qui soluet dictis Patronis aliquod nabulum contra ordinem presentem: que quidem poena diuidatur in hunc modum. videlicet Tertium sit capitaneis quibus facta fuit accusa: Tertium sit accusatoris: & aliud tertium inter patronos talis armate in qua fuisset contrafactum: Et si aliquis ex contrafacientibus accusaret aliquem contrafacientem, sit absolutus á poena quam incurrisset, & habeat partem dicte poene pecuniarie, uelut accusator sicut superius dictum est. Et pro meliori executione huius nostri ordinis ordinetur, quod si scribe dictarum galearum in

quibus contrafieret non manifeſtarent contrafacientes Capitaneis
uel uice capitaneis cadant ad dictam poenam pecuniariam,
et ad perpetuam priuationem ſcribaniar galearum, et aliorum
nauigiorum omnium et ſi manifeſtabunt teneri debeant de
credentia & habere partem poene pecuniarie uelut accusator,
ut superius dictum eſt. Et ulterius committantur hec inqui
renda omnibus officialibus contrabannor habentibus partem,
ut de alijs ſui officij: De quibus poenis contrafacientibus per
modum supraſcriptum nullo modo possit fieri gratia &c.
Sub poenis contentis in parte noua contrabannor et Capit
uel vicecapitanei nri ſinquirere de predictis sub omnibus
poenis et ſtricturis predictis: et committatur Aduocatoribus
Communis, et inquirant si dicti Capitanei executi fuerint uts
et inquirant etiam de omnibus contrafacientibus predictis,
habentes partem pecuniariam poenarum, ut de alijs ſui offij:
Verum ut dicta nabula exigantur ordinetur quod hic Venetijs
ipsa nabula exigi debeant per noſtros extraordinarios et extra
Venetias in qualibet parte uel loco Capitan uel vicecapit illa
exigere: et propter hoc teneantur tenere unum Quaternum ad
hoc ſpecialiter deputatum, In quo scribi debeant nabula predi
cta ubi illa exigerunt: et a quibus aſſignando patronis pdictis
de loco ad locum illam partem nabulorum que tangit eos, ut
possint facere utilitatem ſuarum galearum: Quem quaternu
in reditu ſuo conſignare debeant nris Extraordinarijs ut parti
cipes galearum continue uidere possint rationes ſuas: &
presentem partem Capit cridari facient in omnibus locis
ad que ibunt, ut omnibus nota sit./.

Quod de coetero aliquis Ciuis, mercator, fidelis uel subditus nr:
et similiter aliquis forensis cuiuscunque conditionis extite
rint, non audeat uel prosumat ullo modo forma uel inge
nio per se uel alios in aliquo loco, uel parte extra venetias
et in venetijs, et strictu venetiarum recipere uel recipi facere cari
care, uel caricari facere aliquam draperiam de seta uel de
auro: et de seta siue argento aliquam setam laboratam mer
zariam de seta que non sint laborata venetijs, exceptis tapetibus,
sarasmatis, sindonibus, centaninis ordeatis, et velis sete, qui
possunt conduci venetias, et nauigari secundum ordinem
nrum, ne alr conducere seu conduci facere ad portas terre
Nigropontis, et ad alia nra loca a parte maris, nec ad alias
partes: ad quas uadunt galee, et alia nauigia nra, sub poena
amittendi laborerium uel laboreria contra presentes ordines
conducta, et in tantundem de suo proprio: et si non possit aliquis
patronorum galearum, seu nauium et aliorum nauigiorum
nrorum, que irent ad dictas partes, seu recipere, seu recipi facere
caricare, seu caricari facere, uel permittere aliquod laborerium
de predictis sicut superius dictum est, sine bulleta, et bulla no
strorum officialium doane sub poena ducatorum ccorum in
suis proprijs bonis ad quam poenam cadant similiter scribani
galearum et nauium, et aliorum nauigiorum predictorum qui
non manifestarent contrafacientes huic ordini suis Patronis:
et etiam ad poenam perpetue priuationis omnium Scribanarum
galearum et quoruncunque nauigiorum nostrorum, tam arma
torum quam disarmatorum: Quarum quidem poenarum amissionis
huiusmodi laboreriam uel ualoris eorum, et tantundem de

poena de ſuo proprio, et poenarum pecuniarum ut ſuperius eſt dictum, medietas ſit capitanei huiusmodi galearum uel nauigiorum nrorum rectorum dictorum locorum partium leuatis & aliarum partium ex venetias: et In venetijs officialium contrabannorum: quibus hec omnia inquirenda committat. v3 quibus primo facta fuit accuſa, et alia medietas ſit communis nrę. Si fuerit accuſator per quem ueritas habeatur, dictę poenę diuidantur per tertium: et teneatur de Credentia: et etiam committatur Aduocatoribus Communis, qui inquirere debeant ſi predicti patroni: et ſcribanni non obſeruauerint ut dictum eſt ſuperius, hntibus partem pecuniarum quas ſoluere debebunt, ut de alijs poenis ſui officij, et similr ſi Capitaneus, Rectores, Conſules, et uiceconſules, et officiales predicti non obſeruabunt predicta ſicut eſt dictum, quę ſi non obſeruabunt predicta cadere debeant ad poenam Ducatorum Ducentorum quomodolibz non obſeruante in ſuis proprijs bonis. Quam poenam exigant ipsi Aduocatores hntes partem ut de alijs ſui officij: et predictis omnibus poenis uel aliqua earum non poſsit fieri gratia aliqua Dominij &c. ſub poena ducatorum v^c. pro quolibet contrafaciente, ponente, uel conſentiente partem in contrarium: et ſic procedatur in poenam usque ad infinitum.

Quod omnes Patroni galearum pntis viagij & omnium galearum nrarum a mercato teneantur, et debeant per x. dies ante terminum ſui receſsus de venetijs diſpendiaſſe & dediſſe ſoldum. clxxx. hominibus et ipſos feciſſe notari in libro, et uenire cum libro et Scriba suę galeę ad pre

sentiam Dominy: et ostendere librum suum ut predicti nu
merati possint uideri: et si erit numerus predictus notatus, et
ultra hoc debeat Sacramentum Scribannis dictarum galearum,
et si homines omnes notatis, et sciptis in dictis quaternis erut
soldati dictarum galearum uel non, et si reperitur quod aliquis
patronorum predictarum galearum nostrarum á mercato con
trafaciet predictis cadat ipsorum quilibet de Ducatis. CC.
& sit priuatus per quinque annos omnibus Patronijs nostrarum
galearum á mercato, remanentibus firmis omnibus alijs
ordinibus: qui non contradicunt huic: et sunt capti in prete
ritum super hac materia.

CApitanei uero dictarum galearum nostrarum á mercato qui erut
per tempora, teneantur secundum formam suarum comis
sionum accipi facere pedotas in locis debitis, et facere circam
galearum eis commissarum, sicut tenentur per continentiam
suarum commissionum sub poena ducatorum CC. in suis propis
bonis: Que committantur Inquirenda, et Exequenda omnibus
officialibus contrabannorum habentibus partem ut de alijs sui
officij: et non possint officiales: qui dictas inquisitiones faci
unt, seu quibus facta fuerit accusa de predictis facere alicui
contrafacienti gratiam de predictis poenis Sub poena Ducatorum
CCC. In suis proprijs bonis: Que exigantur per Aduocatores
nostros Communis habentes partem ut de alijs sui officij.

PAtroni uero dictarum galearum á mercato, et omnium galearum
nostrarum, non caricent nec caricari faciant aliquid super
galeis quod non sit scriptum super quaterno Scribanni sub
tripli naubuli, quod solui debuisset de eo quod sic fuisset cari

catum et non scriptum cuius nabuli due partes sunt patronorum et aliarum galearum Illius viagij: In quo fuerit contrafactum: et tertium sit officialium illorum nrorum contrabannorum, quibus primo facta fuerit accusa si excutient a contrafacientibus, no possendo tamen dicti officiales de dicto triplo aliquid dimittere, uel facere aliquam gratiam alicui contrafacienti sub poena ducator. c. pro quolibet ipsor. que exigatur per Aduocatores communis habentes partem ut de alijs sui officij. /.

Cum utile sit prouidere q galee nre a mercato uadant bene armate hominibus a pede. Nam hntibus a pede remo alias In M cccc xii. Die xiij. Junij per hoc consilium utiliter prouisum: et Ideo non possit aliquis ballistariorum acceptorum ad bersaliu aliquo colore mutari nisi per collegium omnium illorum qui eos acceperint ad bussulos et ballotas sub capitan contrafacient libr c. pro quolibet ballistario et Patrono cui tanget libr. cc. et ut hec obseruentur subito acceptis ballistarijs, accipi debeant eorum pila: et signa: Declarando q si ipsis ballistarijs non possit ee aliquis nr nobilis, & ex venetias dicti capitanei habeant potestatem dimittendi ipsos q deficerent, verum declaretur, q ipsi non possint acceptare aliquem qui responderet pro aliqua ex dictis ballistarijs acceptis sub poena ducat. v. in suis proprijs bonis et ut galee predicte uadant secure et mercationes habeant dritum suum. Ordinetur q aliquis salariatus a pede uel a remo alicuius nre galee a mercato non possit stare nec esse ad mensam ad puppim pro pretio nisi infrascripti vz Patronus, Sex nobiles Ballistarij, Comitus, Patronus Juratus, homo consilij, Scribe, coquus, Canparius, sescalcus, et duo famuli

pro uiagio flandrie unus Pedota Maris Leonis et unus de
hispania: pro alijs uero uiagijs pedota unus prout accipi de
bet. Qui omnes scribi debent in libro, nec possint respondere nec
scribi facere pro aliquo, quod pro eo quo erunt notati in libro sub
poena librarum. xxv. pro quolibet quam exigat Capitaneus.

PRaeterea ut Patroni galearum sub specie ignorantie se tueri
possint. Committatur omnibus Capitaneus galearum predictarum
a mercato quod ante eorum recessum de Pola teneantur sub debito
Sacramenti facere cridari hunc ordinem sub qualibet galea:
et ut inobedientes soluant dictam poenam, ex nunc sit captum
quod quilibet Patronus galearum cadat pro quolibet quem tene
bit ad suam mensam prenonatum premio uel sine ad poena
ducatorum. c. auri: Cuius poene Tertium sit accusatoris si fuit
per quem sciatur ueritas, Tertium sit Capitanei et aliud tertium
sit nostri comunis: et si non fuit accusator, medietas sit nostri
Communis, & alia medietas sit Capitanei: si condemnabit
contrafacientes condemnari per Aduocatores Comunis, &
alios officiales nostros per accusatorem, siue per aliam uiam:
Qui officiales habeant partem dicte poene, ut superius est
expressum. Et teneantur dicti Aduocatores, seu officiales
qui condemnauerint contrafacientes diligenter inquirere
si Capitanei habuerint de illis notitiam, et si Inuenerint
dictos Capitaneos fuisse neoligentes In condemnando contra
facientes, cadant ad poenam ducatorum. c. auri: que diuidatur
ut supra et non possit fieri de predictis aliqua gratia,
Donum, remissio, & cetera sub poenis contentis in parte
noua contrabannorum et si consilium aliquod esset contra

sit reuocatum quantum in hoc. /.

QVOD pro bono galearum nostrarum a mercato, ex nunc de coetero sit ordinatum, quod Patroni nostri Arſenatus: presentes: et futuri, teneantur fieri figi facere baliſtarias super dictis galeis, sicut ſtare debebunt: et similiter banchos a Remo: et per Patronos dictarum galearum proijciantur texere ipsarum balliſtariarum pro euitandis Scandalis que euenire possent, sed pro subuentione ipsarum galearum officiales armamenti qui faciat pagas ballyſtariorum, debeant retinere soldos. x. pro quolibet balliſtario quos denarios dare debeant Patronis nostri Arsenatus, et si aliqua balliſtraria ad redutum ipsarum galearum deficiet uel fracta, uel Incisa esset: Patroni nostri arsenatus accipiant soldos x. a balliſtrario qui eam balliſtrariam habuisset, & ordinetur, quod Patroni ipsi arsenatus debeant banchos a remo figi facere aliqualiter cum dictis balliſtarijs et banchos a remo, et ordine quibus fictus, et factus fuerit, si aliquis balliſtarius et hominum mouebit, et alleuabit suas balliſtarias, et banchos, cadat de soldis. L. pro qualibet vice: Cuius poene medietas sit Capitanei talis armate: Qui teneatur omni uice qua fieret circa uidere, et inquirere sub debito ſacramenti, Alia medietas ſit accuſatoris de contra facientibus predictis: Intelligendo quod ad iſtam conditionem sint omnes illi qui haberent balliſtarias in galeis, & ordinetur pro bono dictarum galearum: et ſuper locis dictarum balliſtariarum, et ſuper dictis balliſtrarijs non poſſit poni aliqua barilla sub poena perdendi illam. /

Quod de cœtero aliquis subditus, Ciuis uel fidelis noster, &
similiter aliquis forensis cuiuscunqꝫ condicionis existat,
non audeat uel presumat, ullo modo, forma, uel Ingenio,
per se uel alium aliquo modo in loco aliquo ut parte ex
venetias: et venetijs: et districtu venetiarꝫ recipere uel
recipi facere caricare uel caricari facere aliquam draparia
de seta de auro et seta seu argento, et seta et c. ut in caplo
nono huius commissionis apparet: Que omnia fuerunt
prouisa: et facta ad bñficium commodum, et augumentũ
dicte artis sete, que sit venetijs, sed quoniam sunt plures
casus q̃ leges Ideo non fuit nunc prouisum ad plenum, prout
merito pro substentamento dicti misterij sete requirebatur,
et sint multi Ciues, et habitatores venetiarꝫ qui nõ aduer
tentes ad bonum publicum, sed ad proprium quotidie
faciunt ducere ferrariam, Paduam, Taruisium Mestre,
Clugiam, et alio multa ueluta, et pannos Sirici forenses,
et uadunt ad dicta loca sibi incedere uestes: quas sic inci
sas, uel factas conducunt venetias asserentes q sunt uestes
incise seu facte, et quod possunt conducere illas eo quo nõ
est aliquos ordines uetitum, contrafacientibus cum istis
astutijs et deceptionibus, ordinibus nrĩs. Quod est causa
q dictum misterium tantum utile toti uniuersitati terre
nre totaliter deuestetur: et nisi prouideatur de breui de
solabitur. Vadit pars in bona gratia q dicta pars ca
pta M cccc xxi. vltimo Maij confirmetur p totum
ut Iacet: et addatur eidem q sicut per eam vetitum est,
q non possint conduci ueluta, uel aliud laborerium sirici

sub poenis, et ſtricturis contentis in ea. Ita á modo in antea,
nulla persona cuiuscunq; condicionis exiſtat, Tam terrigea,
q̃ alienigena possit conducere, nec conduci facere ueſtes siue
guarnimenta aliqua ueluti uel de seta forensi: & sit cuius-
cunq; condicionis uoluerit: Et tam facta, q̃ non facta, et noua,
q̃ uetera pro uendendo venetijs nec, nec pro portando in dorso,
sub pœna perdendi dictas ueſtes, et guarimenta, Quę debeant
comburi in Riuoalto: Cui ſtricture non intelligantur illi
forenses, qui per tranſitum, aut pro alijs ſuis agendis ueni-
rent huc: et qui, non haberent Domicilium Venetijs firmũ
Quibus ſit licitum de dictis ueſtibus ueluti uel sirici forensis
ad sui libitum portare, Quas nullo modo possint uendere ve-
netijs, Sub poena contenta in p̃nti parte. Et si de predictis
fuerit accuſator per quem ueritas habeatur, q̃ aliquis contra
fecerit huic nr̃o ordini habere debeat pro qualibet ueſte, tam
completa, q̃ non: et tam noua q̃ veteri Ducat. XV. auri:
& teneantur de credentia: et ut omnes ſe intelligant, Tene-
antur omnes Ciues: et habitatores venetiarum qui, haberent
ueſtes tam nouas, q̃ ueteres, ueluti uel sete foreñ, & tam de
seta q̃ de auro et argento et ſeta, et q̃ siue p̃ntasse illarum
officio conſulum mercatorum, quas dicti consules teneantur
bullari facere ad officium pannorum ad aurum vbi melius
eis apparebit: Qui consules teneantur annotari facere in
quaterno uno, tam ad ſuum officium pannorum ad aurum:
qualitates & opera dictarum ueſtium: et cui erunt, Vt
quolibet tempore ad earum ueritatem ſemper h̃ri possit
claritas & puniri contrafacientes./.

INsuper q̄ omnes Rectores, et Officiales nri aut mercatores qui ad presens ſunt extra Venetias habeant tertium octo dierum poſtq̄ reuersi fuerint a suis Regiminibus, uel officijs siue viagijs bullari facere omnes ueſtes uel guarnimenta que habeant de huiusmodi velutis pannis syricis uel maſsarijs forensibus sub poenis ſupraſtis, et nihilominus Teneantur affirmare per sacramentum habuisse ueſtes ./.

ITem addatur dicte parti q̄ si in aliqua partium uel locorum prohibitorum deferri de predictis rebus prohabitis aliquis mercator uel factor, uel alijs eorum nomine in dictis partibus receperit ueluta, pannos, sete cum auro, et argento et sine et ſint cuiuscunq; condicionis uoluerint, seu alia merzaria tam cum auro q̄ cum argento que non forent facta uel laborata venetijs & bulletta sancti Marci, cadat ad poenam de XL pro. c°. eius quod sibi repertum fuerit ipsos contrafecisse et sub eadem poena in suis proprijs bonis, teneantur predicti quando receperint aut recipi faciant aliquid de predictis manifestari Consuli: et vice consuli nro in dictis partibus aut cui Jbidem nro pro Dominio preeſſet, et hēant partem uelut accusantes: et teneatur de credentia: et nihilominus omnia veluta pannorum, sete tam cum auro q̄ cum argento, et q̄ sine, siue marzaria de condicionibus ſupraſcriptis, ſint totaliter amiſsa ultra poenam de L. pro centenario, & ſit medietas accusatoris ſi per eius accuſam ueritas habeatur: & alia medietas ſit consulis aut illius qui ibidem preeſſet pro noſtro Dominio ./

ET si aliquis predictorum mercator, uel factorum in dictis

partibus haberet ueluta, uel pannos Syrici aut aliquam merzariam de condicionibus supraſcriptis que, non forent bullata bulla. S. Marci: et diceret q̄ facta et laborata forent venetijs nullo modo debeant tractari uel haberi pro venetijs Sed debeant reputari pro forinsecis, et hijs venetis modus iſte ſeruari debeat uniuersaliter per omnes qui uolent bullari facere aliquod uelutum, pannum Syrici uel aliam merzariam. Teneantur primum illos portare ad officium ſupraſtantium Arti sete ad. S. Joannem Chryſoſtomum: Qui ſupraſtantes teneantur per Sacramentum uidere & examinare, ſi eorum facta & bullata venetijs: et si sic inuenerint, debeant illos bullari facere de una bulla sui officij: Et poſtea portentur ad officium pañor ad aurum bullari facere aliquem pannum Syrici quē primum uiſum fuerit per dictos ſupraſtantes arti Sete: et bullari bulla eorum, ut s, ut possit ſemper cognosci q̄ dicti panni fuerunt facti & bullati venetijs.

ORdinetur q̄ si aliquis ex Patronis nr̄is Galearum nrarum a mercato in aliquo loco uel parte remaneret in Terram per aliquam Infirmitatem uel aliqua quiuis cauſa deficeret capitaneus illius armate de qua talis Patronus remaneret in terra per aliquam quauis cauſam deficeret Debeat aſcendere cum suo, preſbytero, Admirato, Medicis, Tubetis, et cum tota eius familia quam habere tenetur ſecundum formam incantus talium galearum. & Commiſsionis sue: et cum bonis rebus et Arnesijs suis ſuper galea patroni remanentis in terra uel per

aliam quauis cauſam deficientis. Sub poena Ducatorum c.
in suis proprijs bonis, et perpetue priuationis Capitanearum
omnium galearum, et nauigiorum tam communis, quam
ſpecialium personarum: De quibus uel aliqua earum non
possit fieri gratia aliqua, ullo modo, ſub poena et ſtrictu
ris contentis in parte noua contrabannorum. Declarando
quod Homo Consilij patroni deficientis aſcendere debeat
Galeam ſuper qua primo erat Capitaneus.

SI Conuictus fueris per Aduocatores Communis, quod furatus
fueris de bonis communis libr. L. ad grossos uel inde ſup.
aut acceperis ab alijs Contra Comissionem tuam libr. C.
ad groſſ. uel inde ſupra modo aliquo: Intelligeris tunc ceci
disse ad soluendum Capitale: et tantundem pro poena
usque post tres dies, postquam fuerit conuictus sub poena
soldorum quinque pro libra, tam Capitalis quam poene: Cuius
medietas sit Aduocatorum: et alia medietas communis:
& si fuerit accusator diuidatur per tertium: et sit de
credentia, et ultra hoc ſis perpetuo priuatus omnibus
officijs Communis Venetiarum Intus, et extra crideris in
primo maiori consilio de feſto solenni, uel in quo fiat
de .xij. Regiminibus per unum ex aduocatoribus, non
permittendo te conuinci, sed confitendo te furatum fuisse
de bonis communis, uel aliter ab alijs recepisse Contra
Commissionem tuam, tunc tenearis ſoluere Capitale
et medietatem plus pro poena diuidenda ut s. Si conui
ctus fueris factum fuisse a Libr. L. ad groſſ. In. Tunc
incurras ſoluisse Capitale, et medietatem plus pro poena

ad dictum terminum, & sub dicta pœna diuidenda ut supra. & hoc ultra sis perpetuus priuatus hoc regimine: & publiceris in maiori conſilio ut dictum eſt: & si uoles reſtituere: & reſtitues usq; ad tres dies poſtq fueris requisitus ab aduocat. non permittendo te conuinci sed confitendo te furatum fuisse ut s. Tenearis soluere Capitale, et tertium plus pro pœna diuidenda ut s. & priueris presenti regimine, uerum si scriberis in tuis rationibus uel quaternis alias expns uel alias res quas officiales rationum diceret non potuisse poni in tuis rationib. uel quaternis aliquas. Tunc non habeant pro furto: sed ueniat ad collegium ubi terminetur ſi dicte expense erunt bene posite uel non: sed si uigore alicuius ſententie determinationis, uel alterius actus Judiciarij aut uigore alicuius publice consuetudinis aliquid acciperes, uel dares contra id quod deberes q forte crederes posse licite accipere, uel dare in his casibus, non cadas ad dictas pœnas. Sed si reſtitues quod Indebite acciperes infra tres dies ipsum reſtituas ſine aliqua pœna: si autem permiſeris te conuinci cadas ad dictam pœnā dupli: que diuidatur sicut diuiditur hodie, nec possit fieri gratia aliqua et c. Sub pœna Ducat. v. pro quolibet conſentiente partem in contrarium.

Item obseruabis partem captam in Rogatis. M cccc: xxxi. Die ii. Auguſti tenoris infrascripti v3 Quum per partem captam M cccc xvii. de mense Januarij ſit Limitatum admiratis, Comitis, galearum patronis Juratis, hominibus de conſilio & Nauclerijs ac marangonis, quales scrinos debeant portare ſuper galeis: et dicta pars non obſeruetur: et etiam multi alij quib.

non eſt conceſſum, permiſſum & limitatum portare ſcrinos, portare eos cum preiudicio galear. Vadit pars q predicti quibus eſt conceſſum, permiſſum, & limitatum, portare ſcrinos, non poſſint portare eos nisi ſicut dicta pars Capta M cccc xvij. declarat. Aliqui autem dictarum galearum non poſſint portare Scrinios in galeis nisi illis quibus per dictam partem conceſſum eſt. Sub poena libr. c v. In suis bonis non debeat permittere aliquos portare Scrinios in Coopertis galearum nisi predictos, nec permittat etiam predictos portare maiores Scrinios, nec plures q per dictam partem illis eſt permiſſum sub dicta poena: et si patroni permitterent eos cadant dicti Patroni de libr. c ij. pro quolibet scrinio: quã poenam exigant Capitanei: et si Capitaneus non exigeret eam: Exigant Aduocatores comunis ab ipso Capitaneo: et hec pars non poſſit reuocari uel suſpendi nisi per sex consiliarios & quatuor partes consilij Rogator: et publicetur & addatur in commiſſione Capitanei.

ITEM obſeruabis partem Captam in Consilio Rogator M cccc xxxi Die xxi. Januarij tenoris infraſcripti. V3. Q de cœtero Remarij Galearum teneantur per duos aut tres Dies anteq recipiant Remos Galearum ſuarum Ire ad arsenatum nrum: et recipere & ballanzare remos quos habere debebunt sub poena libr. x. pro quolibet Remo. & Patroni arsenatus teneantur dari facere dictos Remos ballanzatos sub dicta poena exigenda per Aduocatores Comunis: & debeant publice proclamari: et Ita addatur In Comiſſione omnium Capitaneorum Patronorum, et Supracomitor qui

in galeis suis faciant proclamari, q aliquis non possit mo
uere remos galeę a mensura gropitię, et data forma per
Arsenatum nrum sub poena libr. c. et standi sex menses in
carceribus. Verum declaretur q sit licitum addere, et minuere
plumbum, et dirigere ipsos remos, prout illis qui remigare
debebunt uidebitur. Sed forma stelę remi tangi non possit
sub dicta poena: quę poenę exigantur per patronos Arsenat
nri: et officiales armamenti quibus primo fiet causa: De
quibus poenis Accusator habeat tertium, Tertium offici
alium predictorum: et ex nunc captum sit, q quilibet
Galeotus sub poena librarum trium exigenda per Capi
taneum uel patronos tenere debeat scrimos ad pedes sicut
antiquitus habebat: et propter hoc circam duorum grossorum
prout antiquitus obseruabatur.

ITem obseruabis partem infrascriptam captam in Rogatis
M cccc xxxviij. Die xxviij. Junij. Vt homines
galearum Flandrię: quibus per patronos dari debet
panis habeant illum sicut habere debent. Mandetur
Capitaneo Flandrię, q sub debito sacramenti mandare
debeat omnibus Scribis: et hominibus consilij galearum
q sub illa poena que illi Capitaneo uidebitur ipsis impo
nenda, faciant q dicti scribę simul cum hominibus Consilij
dent hominibus galearum predictarum a die quo recesserint
de Venetijs usque suum reditum Venetias vncias xviij. bisco
cti singulo die, sicut per ordines nros dare debent: et in terris
ad quas dictę galeę applicabunt tam in accessu, q in reditu,
Dictus capitaneus dari similiter faciat per eosdem scribam, &

homines Consilij dictum Biscoctum hominibus predictis
quacunque hora uenerit de singulo die de terra ad galeas
ad petendum illum semel tantum sub illa poena que dicto
Capitaneo uidebitur imponenda. Item quia in flandria
et Londra ubi galee multum differunt non datur pa
nis hominibus galearum sicut dari debet. ordinetur, et
mandetur Capitaneo patrium galearum, quod illis diebus quibus
galee stabunt clausas debeat dari facere hominibus panem
consuetum per admiratum, aut per Capellanum suum
singulo die, et quacunque hora die homines uenerint ad ac
cipiendum illum: et similiter Capitaneus faciat sub illa
poena que sibi uidebitur: et prouideat, quod vicecapitaneus
Londre faciat quod homines consilij galee Londre dent ho
minibus galearum de londra panem singulo die, et qualibet
hora qua homines uenerint ad accipiendum illum: et super
hoc debeat Capitaneus Inquirere, et audire pauperes ho
mines: et prouidere quod superius ordinatur habeat locum.

ITem quia dictis hominibus dantur multi puncti Indebite
in diuersis horis, et presertim in flandria ubi discaricatis
et euacuatis omnibus galeis homines apunctantur: or
dinetur, quod xij. diebus galee postquam flandriam applicue
rint si ad sclusas homines galearum possit punctari, et
non ultra: quando galee discaricate sunt: et similiter in
reditu possint dicti galeoti punctari diebus xij. ante
terminum recessus galearum de partibus predictis: &
